



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Vermis. Indicvs. Ex D. Ambrosio Hexam. lib. 5. cap. 23. Descriptio LXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Cus à medio, aliudque agenti similis: inclusus vero sic, ut sit neque intus aliquis, cerni non possit? Age similitas quanta irruptentibus ventis, qua puluerum mole degrauante? Latitudo tamen sèpè inter duas arbores, cum exercet artem & dicit texere: longitudo filii à culmine, ac rursus à terra per illud ipsum veluti reciprocatio, subitque pariter ac fila deducit. Cum verò capture incidit, quām vigilans & paratus ad cursum: licet extrema hæreat plaga, semper in medium currit, ex quo sic maximè totum concutiendo impliet. Scissa protinus reficit ad polituram farcens. Namque & lacertarum catulus venantur. Hos primum tela inuolentes, & tunc denum labra viraque morsu apprehendentes, amphiteatrali spectaculo cumq[ue] contingit. Sunt & ex eo auguria. Quippe incremento annuum futufo telas suas altius tollunt, ideo sereno non texunt, nubilo texunt, ideoque multæ araneæ imbrium signa dant.

mùm in speciem Eruçæ, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri Bombylius: nec eam tamen formam, figuramque custodit, sed laxis, & latioribus foliis videntur pennas assumere. Ex huius folijs mollia illa seres depestant vellera, quae ad vñs sibi proprios diuitias vendicarunt. Sed ego plenius in pictura ænigmatis eius naturam sum percetus.

B O M B Y X I N

A Enigmata.

Animal vobis in hac tabella depinximus (Principes illustrissimi, ceterique auditores ornatissimi) sine carne, sine san-^{19.1.5. bñb.}guine, ossibus, venis, arterijs, nervis, intesti- animalis, oculis, auribus pilis, squammis, spinis, quid hoc monstri est? Ne vos diu morer, Bombyx est, Bombyx, inquam, laboriosus opifex, & nendis regum vestibus natus. O naturæ audacis opus! quis non miretur? quis non obstupescat ex tenui semine primum nasci vermiculum ~~angorū~~, tam minutum, ut penè oculorum fugiat aciem, hunc in Eruca paulatim grandescere, ex Eruca fieri Bombylum diuinum plane artificem: quem ybi puro elegantiq[ue] domicilio accepimus, & alba mortuoribus saginatum, per genitiarum scabritatem emiseris, postquam pabuli satieres est, vere incipit, & ex suis visceribus diductos florum tractus effundere, quibus sibonata figura domicilium constituit, quo nec Castor & Pollux, nec eorum soror Helena pretiosiore videntur excepti. Itaque nec Porphyrogenitus inuidet, nec ijs regum fusionibus, quos aiunt colluentes margaritis cunas habuisse, in hac sericea domuncula delitescit Bombylius quasi puerus in utero matris confixus, & artes meditatus admirandas. Absoluto demum lanificio post 40. diem ex Bombyce subnascitur Papilio cornutus vermis, & quatuor alis pennatus, quem excessis ceteris ait quasi septis emicare cernimus in acre, ex hoc necydalo vermium progeneratur semen, quibus noua subinde animalium siboles affuit. Delineauit pa-^{19.1.6.25.}les (auditores) naturam vermiculi, de quo magna est inter viros doctos controversia, fuitne sacerulis antiquis nostris ignotus regionibus, an à Justiniani temporibus, ut narrat Procopius, tantum Europæ cœperit hom-

CVLEX ET PVLEX.

Ex D Augustino enarr. in
Psalm. 148.

Descriptio LXXXIII.

Quis disposuit membra pulicis & culicis, ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam, habeant motum suum: Vnam bestiolam breuem minutissimam considera quam volueris. Si consideres ordinem membrorum ipsius, & animationē viræ, qua mouetur, pro se fugit mortem, amat vitam, appetit voluptates, deuinit moleftias, exerit sensus diuersos, viget in motu congruo sibi. Quis dedit aculeum culici quo sanguinem fugat? Quām tenuis fistula est qua forber? Quis disposuit ista? quis fecit ista? expauescis, in minimis lauda magnum.

VERMIS INDICVS.

Ix D. Ambrosio Hexam. lib. 3.
cap. 23.

Descriptio LXIV.

Vide Plin. li. 11. 6. 25. **F**eretur hic corniger vermis, conuerti pri-

bombycina vestis innotescere. Hanc Alexander Neapolitanus probat sententiam, quam & Alciatus nobilis Iurisconsultus amplectitur leuem, ut arbitror, ob causam: quod enim apud antiquos libram serici auri pensatam libra legit apud Vopiscum, nostro autem sacerculo non sit eadem pretij ratio, species putat esse disparatas. Verum quis non videret rerum earumdem pro temporum varietate estimationem longe aliam esse, ut nihil inde roboris capiat argumentum. Marsilius Cagnatus ad Aloysium Iurisconsultum obseruat. lib. 4. c. II. quod ab istis libatim fuerat, tradit longe copiosius. & acter defendere conatur. Verem nostrum antiquis inuisum atque ignotum fuisse. Admonet autem vobis robustas, ut arbitratur, ex Plinio machinas. Nam si hic Bombyx, qui nunc promiscue notus est omnibus, apud veteres extat scriptores, vel certe Assyrius est, vel Cous, qui ambo describuntur a Plinio lib. II. cap. 22. & 23. Assyrius esse nullo modo potest; quid enim nostro vermiculo cum nidis luteis, quos hic dicitur singe se tanta duritia, ut spiculis perforari vix possint. Quid quod & in ijs ceras largius quam apes facit; hoc à nostro tam alienum est, quam volatus à bove. Cous forte erit; at enim nasci tradunt ex cupressi, terebinti, fraxini, quercus floren imbrisbus decussum terræ halitu animante, feri autem primo Papilionem parvum nondumque mox frigorum impatientia villis inhorrescere, pedu deinde asperitate radere foliorum lanuginem in vellera. Quid habent ista cum nostro vermiculo commune? Hæc omnia pluribus Cagnatus prosequitur non inerudit. Sed tamen quantum voluerint reclament, non discedimus ab Isidori & Bayfi castris, qui Bombycem nostrum evam expressum putant a Plinio, quanquam modico verborum temperamento haec assertio videtur indigere. Qui putant alium esse ab antiquorum bombyce vermem nostrum, non mediocriter errant. Qui à veteribus eundem planè descriptum atque enucleatum existimant, in aliud impingunt scopulum. Quomodo concilientur quæris? medianum seminam arripe. Plinianus Bombyx noster est, si de re quæritur, si de modo, aliis est. Qua ratione id coniçiam, attendite. Verba sunt Plinij ipsissima. Vermium Assyriorum origo è grandiore vermiculo gemina protendente sui generis cornua; hi Erucæ sunt. Fit

deinde quod vocatur Bombylius ex eo Nectydalus, ex hoc in sex mensibus Bombyx telas araneorum modo texunt ad vestem luxumque fœminarum. Turbat aliquid in ordine, nam primo est ἄγρις, deinde Erucæ, tertio bombyx, postremo Papilio sive Nectydalus. Cætera planè conueniunt. Quin ex suis visceribus instar acanæ telas diducere, non pedum carminazione vellera subigere hoc loco planè recognoscit. Quid mirum autem si multa Plinium, Aristotelem, Diodorum, & cæteros in tanta rerum obscuritate fugerint? Nam licet opera bombycina ab ipsis Augusti temporibus fuerint celebrata, non tamen educati vermes in Græcia ante Iustinianum, usus eorumdem sub Rogerio manauit in Siciliam, è Sicilia in Gallias sub Carolo octavo, quod animaduertit Serzæs in theatro Agriculturæ. Hæc nihil ad conciliandas doctorum virorum sententias præmittenda visa sunt. Nunc singulas Aenigmatis partes relego tam claras, ut pene radio solis scriptæ videatur. Pro Bombyce puerum depinximus, quid mirum? Bombyx vulgo ser vel zir teste Seruio nominatur. At hoc nomen & hominem & Bombycem significat, qui ex Sribis populis factos bombyces musarum filij putant. Alij autem hi pueri sunt minusculi, alijs grandiores, alijs dormit, alijs volat, quid hoc rei est? Quatuor sunt hic seris metamorphoses prius à me significatae. Tenelli & nudi pulsiones sunt ἄγρις, minusculi vermes, qui primum nascuntur ex papilionis semine. Grandiores & villoso sunt Erucæ. Qui vero molliter quiclibet inter delicias & riuulos aureos instar filorum deponit ex ore, bombyx est serici, ut videtis, artifex. Qui pennatus tenet sublimè papilio sive Nectydalus ex ouato emerit domicilio. Reri teneris, causas & effecta cognoscite. Nascuntur bombyces varijs modis ex semine, ex arboribus, ex Tauru sive neccydati semine hoc, sive benignus solis tepr, sive mulieres fotu sicut incubatu Gallinae pullos excludunt. Res nota est. Oriuntur præterea nonnunquam, sed rarissime ex quercus, cupressi, & aliarum arborum folijs, quas hic depinximus. Ad summum posteriora sacula inuenere commentum de quo profundum apud veteres silentium; si vermiculoru defecerit semen iuencum capiunt, includunt stabulo, per viginti dies macerant, omni cibo potuque semoto: tantum mori folia

Aaaa 2 pro-

profluenter obijciunt . quibus saginatum
mactant , ex corrupto deinde cadavere (res
mira) prægenerantur bombyces , qui sole in
Tauro existente , & auge sciente luna com-
modius emittuntur ad pensa . Quamobrem
& has notas delineauimus in apice tabulae .
Spectabilis hæc fœmina , quæ nentem ver-
miculum quasi suos amores contemplatur ,
& ex eo magnum sperare videtur emolu-
mentum : Pamphila est Coa mulier nobilis
& delicata , quæ prima telas bombycum
reordiri , rufusque texere inuenit non frau-
danda gloria excogitata rationis . Aggerit
autem flores & odoramenta affundit suo ver-
miculo , quippe his omnibus delectatur .
Contra arcer mures , & oleum semouet (quod
hic per Palladem designauimus) hæc enim
bombycibus sunt infesta . Quid præterea vir
habitù regio pronus bombycem veneratur ,
magnus hic est Chamus ut vulgo appellatur ,
Tartarorum : Tartari autem sunt Seres
apud quos hic vermis abunde nascitur : tanti
hunc faciunt , ut ex bombycinio opere sua
ferme simulacra , suos habcant Deos , vnde
appositè pictor Serum principem ad Bomby-
cis cunas prouolutum depinxit . Ridet hanc
ceremoniam rusticus philologus Anacharis
tegnime contentus , & fericatos omnes
videtur his verbis compellare . O cæci mor-
tales , quid agitis ? parum est ex mari vesti-
tum pitari , parum ex plumis avium , ex vel-
leribus , ex florum depæxa lanugine secati
etiam ignobilium vermium viscera per stu-
diosam luxuriam eruditis , ut aduentitio
cultu fulgeatis vestri desertores , animalium
prædones , in hac vitæ scena omnium actores
flagitorum , certè vos natura non recipit ni-
si nudos . Deus non nisi vilissimis pellibus
texit , ut solent qui ad metalla damnantur .
Vos vita dati , laboribus nat i , metallo &
fodiis mancipati , vestrum delicias quæri-
tis . Parum fuit his vestibus fœminas in pu-
blico nudari , nisi & viros effeminassent . Vi-
icit Medicam gentem Alexander , vixit est
à Medica ueste , tanti est hæc cicatrix peccati
probrosa nuditas , ut auro & fericis sit obdu-
cenda . Quærite quaslibet uestes per terras &
maria , vna tantum , vna est hominum ve-
stis , Virtus Dei color . Hæc ille , opinor ,
diceret , si vocem pictor singe-
re potuisset .

*Arift. lib. 5.
e. 19. & Pla-
nius.*

L E O.

Expressus è Græco Phile,
Oppiani , &c.

Descriptio LXXV.

L eonem ad timorem animantium vide-
tur produxisse natura . Cernis , ut flam-
meo colore rutilus accenditur ut super-
bè graditur ; ut vasta se corporis mole efferves-
t , præ se despicit omnia ? quantum est , & quam
vegetum in hoc pondere robur ? quanta in
robore alacritas , quantus in substrictis mem-
bris animosi spiritus dominatur vigor ?

Caput illi amplum maiestatem feræ præ
se fert : magni , & lucentes oculi , inter villosa
superclia scintillant , colla , & armos effusa
vestiunt iubæ , magna vis laterum spirat , ma-
ior pectoris firmitas protuberat , maximus
seu oris terror : qui totus est immani den-
tium riœ septus . Quid genua loquar : quid
tibiarum compagem ? quid neruorum densi-
tatem ? quid yngues ? ex quibus , vel solis , leo-
nem possis agnosceré ? quid incessum ? quid
saltum , quid cursus celeritatem ? quid omnia .
Et cum si ubique magnus , quanto tamen
se maior est , si quando venatorū senserit im-
petum ? nulla tunc mora exilitè spelunca ,
& prium triculenta rugit immanitate : ad
huius rugitum perimescunt , & aues cœlo
volantes , & per sylvas vagantes feræ , & im-
merse maris vorticibus belluae , ipse deni-
que nemorum frondes , ipsi montium vesti-
tus , ipsa saxa contremiscunt , hoc veluti si-
gno dato accingit se ad pugnam , & prium
longam , immanem , villosum caudam ex-
plicans , terram plaudit : mox illa percur-
sans , eadem , veluti voluntario flagello i-
dentidem diuerberans , ad summum oculis e-
iaculatim fulgura , oris profundam voragi-
neum aperit , dentes excriit , in hostes summa
velociitate sinuolat , hos cauda atterit , illos
pedibus conculcat , aliorum trementes
artus cruentis faucibus , fœdissi-
ma laceratione popu-
latur .

ELE